Concupivi salutare tuum domine et lex tua meditatio mea est

fastidienti cibus non datur. Sed eis qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Esurientes enim implet bonis divites dimittens inanes. Omnis qui petit accipit. Et qui querit invenit. Quid aliud significat quam quod non accipit qui non petit, non invenit qui non querit? Qui autem concupiscit, querit, esurit salutare dei. Sine dubio fastidit saturitatem. Et explodit eam quam sentit nimis desipit ei cuius ipse sapit spiritus. O felix [illegible] pistentia, beata sitis. Benedicta esuries: que saturabitur abunde. Et fiet illi saturitas (i. saturitas dei) Econtra infelix saturitas que esuriet in eternum. Sic autem illi christum concupierunt in carne. Ita nos eundem in spiritu qui est desideratus gentibus. Desiderium collium eternorum.

Vivet anima mea et laudabit te et iudicia tua adiuvabunt me

Et hoc [illegible] est vita spiritualis quam augustinus allegat non corporis. Quia corpus iam vivit. Sed anima mortua est sicut puella in domo sua. Sed concupivi ut veniat salutare tuum et sic veniat anima et resurget. Ipsi enim domino [illegible] verba [illegible] historie de filia archisynagogi suscitata. Quasi sic ille concupivit christum ut filia eius veniret quia erat mortua. Ita spiritus christum [illegible] ut suscitaret eos a morte spirituali. Sed quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi? Laudabit te inquit. Non nisi amorem et laudem reddere potest ut sic [illegible] exiit fama in universam regionem illam. Et quod mirum [illegible] iudicia tua (que in carne patiendo [illegible]) non tamen nocebunt sed adiuvabunt. Nam [illegible] sic ut his qui vivunt in anima et diligunt deum ex passionibus mala convertuntur in bonum. His autem qui non vivunt et non diligunt deum, iudicia eo penis nocent. Sed ergo [illegible] iudicia tua mihi sint non pena et non meritum. Da mihi vitam anime. Quia tunc [illegible] mihi eo magis ad salutem. Quia crescit laudatio tua ex ipsis.

Erravi sicut ovis que periit quere servum tuum quia mandata tua non sum oblitus

Sed in Adam in quo omnes peccaverunt. Sicut ovis [illegible]. Quia hoc [illegible] errat [illegible] sic [illegible] infirmum [illegible] et multis bestiis [illegible] lupis patens. Ideo in fine ps. [illegible] monet miserationem divinam ex [illegible] miserie. Quasi si erraret ut leo vel lupus non esset dolendum. Sed quia ovicula errat miseranda. Quia eget pastore [illegible]. Custodiens ovicule [illegible] multis aliis domesticis animalibus: que omnibus [illegible] errans [illegible] miserrimum est. Quia nescit redire in viam. Sed indiget [illegible] ipsius affectuosissimus est et lacrimis plenus. Quia vere omnes [illegible] ut [illegible] Ut nos [illegible] nos querat nos [illegible] pastor dominus Jhesus Christus qui est deus benedictus in secula Amen.